58/

7 in regno et principatibus

a) ffredericq c; (pro Frederici)

marcarum argenti superhec comparavit.
Sicque gloriosus princeps quasi monarchus 7
suis existens aliquantisper plena gavisus est
securitate et quiete. Nuper mortuo Titzmanno
marchione Lusacie, ut supra dictum est, frater
Frederici, Fredericus[a] in terra et principatu
Thuringie plurimum preliante cutigit,
Waldemarum marchionem Brandenburgensem
civitates et castra et totam Lusaciam occupare.
Secuta discordia cum Erffordensibus cepit
Fredericus pro marchia Lusacie cum mar
chione Waldemaro Brandenburgensi contendere
et plura placita habere secum. Sed Walde-
marus de potentia sua et maxime, quia posses
sionem Lusacie iam habebat, confisus cepit +
Frederico lantgravio et marchioni fortissime
resistere. Sicque guerra exorta est maxima
inter eos. Marchione Frederico in Misna existente
quadam nocte satellites et militares + Walde
mari per murum civitatis Hayn trans
Albeam intrantes clam clandestine vigilibus et civibus[b]
nescientibus plusquam triginta et citra eorum,
qui intraverant, captivarunt. Statim hoc
Frederico principi versus Missnam nunccia
runt, qui gavisus statim equum suum in-
siliens quantocius suis non expectatis Hay-
nis properavit, mane diluculo. Alii autem
socii eorum, qui captivati fuerant, foris
murum forte studiose remanserant, ut si
quos advenientes invenirent in cambium
suorum captorum similiter captivarent.
Accidit proch dolor!, quod inclitus princeps
precise ante muros incidit. Sicque captivus
abductus fuit et Waldemaro marchioni Bran
denburgensi presentatus. Tandem cum inclitus
princeps se redimere vellet, in tantum ab eo
extorquebant, quod utique eum sic depaupe-
rarent, quod se vindicare in posterum non possit.

+ f. CCLXX[b].

b) seq. vic del.

ffred.
Fredericus captivatur.

proch

7 manus inimicorum[a] suorum

a) inimicorum cor. inimicorum

statim